



*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*



174  
P R O C E S S V S I V D I C I A R I I

D I S P U T A T I O

X I I .

D E A T T E N =

T A T I S E T S V P -  
P L I C A T I O N I B V S

*Ex Jure Civil. Canon. Ordinat.*

*Cam. & in for. recept. Pract.*

Q V A M

*DEO duce auspice Christo*

S V B P R A E S I D I O

*Nobiliss. ac Consultiss. Viri*

Dn. ARNOLDI DE REYGER, IC.

& in inclyta Salana P. P. P.

*Ventilandam exhibet*

D A N I E L K L I N D T I V S

Marchiacus.

*In ampliss. Jurid. Facult. Collegio*

*Ad diem X. Februar.*

SSO

I E N Æ

T Y P I S T O B I Æ S T E I N M A N N I .

A N N O M D C X C V I .



*Magnificis, Clarissimis, Consultissimis &  
Amplissimis Viris,*

D. M A T T H I Æ C H E M  
N I T I O I. V. D. I L L V S T R.  
Princip. & Elect. Brandeb. Præsidi Cons  
istoriano, & Consiliario  
intimo.

E T

D. F R I D E R I C O P R V C K  
M A N N O I. V. D. E T E I V S.  
dem laudatiss. Princip. Consiliario  
digniss.

*Dominis Mæcenatibus ac patronis  
suis debito honore obser  
vandis.*





CONTINUATIO.

Um novitates & attentationes, quæ fiunt propria  
 C authoritate, & sine causæ cognitione reputentur  
 malæ, sintque Legibus exosæ, & propterea iudices  
 debeant esse proni ad illas prohibendas antequam fiant,  
 & postquam factæ fuerint in pristinum statum reponen-  
 das & restituendas ex officio & ejus æquitate. Vnde  
 etiam inventa Practica inhibitionis, & revocationis at-  
 tentatorum a. Et de inhibitione superioribus sit a-  
 ctum. Nunc igitur ut de istis attentatis & horum revo-  
 catione videamus, necessarium ducimus, præsertim  
 cum magna ex parte appellationis quoque Effectus in  
 nihil innovando intermedio tempore & attentationes  
 revocando consistat b.

a Alex. Stiat. Pract. observ. c. 12, n. 22. b tot. tit. ff.  
 nihil nov. appellat. pend. Vb. Vves. optimus ille iure C. teste Pruckm.  
 de Regal. §. venatio. c. 4, n. 3. Specul. de Appellat. §. 11. pr.

THESIS I.



NILICET ATTENTA-  
 tum seu innovatum in jure diversimodè  
 accipiatur a, In præsentī tamen ma-  
 teria sic definimus, quod sit actus b  
 sine rationabili causa c, lite d aut  
 appellatione pendente e, in contem-  
 ptum jurisdictionis f & præjudicium  
 partis g, officio iudicis revocandus.

a Aliquando enim pro conatu ad quid facien-  
 dum sumitur, ut l. 5. C. Episc. & Cler. Eranc. Hercul. c. 1. n. 12.  
 & sic in materia feudali passim à Dd. ad tit. 5. Item si fidelis lib.  
 1. feud. accipitur. Cuius lib. 1. feud. c. 2. Noviss. Herm. Vul. c. 11. n. 31.  
 A 2 feud.



*feud.* aliquando attentatum etiam aliter sumitur, ut apud  
Gl. in verb. *affectatus*. §. 1. Inst. in iur. per l. 1. §. 22. ff. eod. Sic  
& innovare multiplicem significationem habet, ut vide-  
re licet per Rober. Lancell in *Præf.* n. 9. & seqq. b Hic enim  
non solum attentare est inchoare, sed etiam perficere  
intentionē, quæ quo ad factum est completa, sed juris ef-  
fectu inspecto & retractu, sine effectu videtur. *Hercul. c. 1*  
*n. 12.* c *arg. c. quamvis. ub. Gemin. in 1. notab. Ext. offic. Ord.*  
*Mansfr. concl. 115. Hercul. c. 1. n. 10.* Et sic contra jus, *Hercul.*  
*c. 3. n. 1. & c. 5.* Si enim cum causa & lege permittente  
fit non dicitur attentatum. *Aegid. Bella. decis. 18 Barth. So-*  
*cm. Reg. 42. per l. 4. C. Adult. Hercul. d. c. 5.* d Ad excluden-  
dam controversiam, quæ solet esse extra iudicium & sine  
lite. *Bart. in l. Lucius. §. Tres heredes. cum seq. per illum text. ff.*  
*ad Trebell. Mar. iudic. prax. p. 5. n. 68.* Lis autem est jus de-  
ductum in iudicio. *Gl. in c. 1. §. libet. verb. litis. de procur. in 6.*  
*Afflict. decis. 220. n. 19. Fac. l. apertissimi. C. iudic. super. ext. Offi-*  
*de leg. VII. Ioan. Bapt. Asin. in prax. Rubr. c. 1. Ferrar. Form. lib. ad*  
*pen. & comprom. vers. occasione cuiusdam. n. 1.* e Necessario  
enim requiritur appellationem rite interpositam esse,  
vel interponi posse. *c. non solum. c. cum. Ecclesia. de appellat.*  
*in 6. Mansfr. concl. 19. & 111. Corset. sing. verb. Appellatio. pr. Fra-*  
*viv. lib. 2. Commun. opin. op. 30. Sebast. Medic. Reg. p. 2. Reg. 8. n. 26*  
*& in 8. Ampl.* f Principaliter fiunt itaque attentata in  
contemptum iudicis, qui & plus dicitur offendi, quam  
pars. *Rot. decis. 2. De restit. spol. in nov. & decis. 5. eod. Menoch.*  
*Recup. possess. remed. 17. n. 25. Lancell. in d. præf. n. 26.* Aliàs au-  
tem attentans eodem tempore dicitur offendere, jus iu-  
dicem & partem. *c. cordi. in fin. de appellat. in 6. Franc. in c.*  
*bonæ. n. 14. & 39. Ext. appellat. Didac. Covar.* Vir eruditione  
& virtute insignis, tantæque auctoritatis ut ejus opinio  
pro communi haberi possit. *Pin. in Rubr. p. 3. n. 39. C. bon.*  
*mater. Pract. quest. c. 23. n. 165. Mansfr. concl. 30.* ubique id at-  
tentare est delictum, *Franc. d. l. per c. 1. ut lit. pend. & semper*  
*sonat in malam partem. Aegid. d. decis. 18. Lancell. d. præfat.*  
*n. 104.* g *Rot. decis. 25. de restit. spol. in nov. Aegid. decis. Si*  
*Titius* Hinc si nihil novi in præjudiciū partis fit, quod ante  
litem



litem inceptam non erat factum: nō est attentatū. l. un. §. 4. ff. nō. nov. appell. pend. Nec igitur is dicitur attentari, qui continuat jus suum. c. cum nobis. c. cum Ecclesia. Elect. Fac. c. cum teneamur. ext. appellat. c. 1. ext. ut lit. pend. Franc. Hercul. c. 3. n. 5. Menoch. d. remed. 17. n. 49. Zas. lib. 2. Cons. 12. n. 60. Andr. Gail. Doctrina & usu rerum præstantissimus. Borch. c. 7. Ecu. in 2. mod. acquir. n. 19. lib. 1. obs. 145. n. 1. & 147. n. 1.

II.

Hoc Attentatum autem multiplex dici potest ob ipsius causas varias a. Vulgarem divisionem verò retinendo, est aliud iudicis b, aliud partis c. Tertii enim factum seu innovatum in hoc iudicio non attenditur d. Quid de procuratore? nec hujus venit in considerationem nisi speciale, imò specialissimum mandatum habuerit e.

a Prout concludit Robert. Lancell. præf. 39. ubi decem & septem genera attentatorum esse dicit. b Si nimis iudex, à quo post appellationem ab eo interpositam vel inhibitionem procedit. c. ex insinuatione. ib. Immol. Ext. Procur. Dec. cons. 200. lib. 1. Rot. dec. 20 de appell. in nov. Fac. l. 6. ff. his qui not. infam. Mar. de appell. n. 400. Gail. lib. 1. ob. 146. nu. 11. vel partem spoliat vel aliud quid contra appellationem facit. Chilian. Kon. c. 125. n. 1. Vital. tract. claus. iii. Nihil nov. n. 13. Sebast. Medic. p. 2. Reg. 8. n. 8. Regulariter verò iudex ad quem non dicitur innovare. Bald. & Saltic. in l. appellatione. C. appellat. Dd. in c. cum teneamur. Ext. eod. gl. in l. eos. §. 1. C. appell. Barth. Socin. Reg. 42. 1. fall. Sebast. Medic. d. Reg. 8. nu. 8. c ut si altera pars ingreditur possessionem rei de qua agitur. Rot. dec. 10. Ut lit. pend. in nov. Nat. cons. 568. n. 4. lib. 3. Lancell. c. 4. n. 298. vel si in alium lite vel appellatione pendente transfert illius rei possessionem. Rot. dec. 3. ut lit. pend. in nov. & antiq. vid. lat. Lancell. d. c. 4. num. 449. cum seqq. d c. cum Romana. vers. in alium. de appell. in 6. Vb. Dd. Manfr. concl. 69. & 95. Hercu. c. 4. n. 8. Iacob. Menoch. Vir doctissimus & nulli jure Cons. hujus ætatis secundus. Hart. Pist. q. 4. feud. n. 81. de recup. possess. remed. 17. n. 44. Litis pendencia enim afficit litigantes, non tertium. Covarr. Pra.

A 1

quest.



*quest. c. 24 n. 4. Vid. Lancell. c. 3. per tot. e* Quamvis enim  
 hic veniat appellatione partis. *Dd. in c. suborta. Ext. Re lud.*  
*Nic. Mil. Repert. verb. Pars appellatione. fol. 249.* dicatur quoque  
 adversarius, non tamen habetur pro attentante absque  
 speciali mandato, nec generale mandatum sufficit ad ef-  
 fectum attentatorum. *Mil. d. Repert. verb. Procurator. et*  
*verb. Attentata. Sebast. Medis. d. Reg. 8. n. 15. & 33. Vestr. Pract.*  
*tit. ut lit. pend. vers. & non sufficeret Mansfr. lib. 1. p. 5. n. 17. & p. 7.*  
*n. 30. & lib. 2. concl. 15.* Non enim censetur quis man-  
 dasse procuratori ut delinquat aut faciat Principalem su-  
 um in poenam aut delictum incidere. *per l. 6. ff. Condict.*  
*indeb. l. 17. §. 1. Damn. infect. l. 12. ff. his qua in fraud. credit. Alex.*  
*cons. 105. n. 27. lib. 3. Ludov. Roman. cons. 60. n. 2. & cons. 74.*  
*post pr. Vid. Robert. Lancell. c. 1. sparsim.* Ratificatio tamen  
 faceret ut hoc factum Procuratoris pro attentato habe-  
 retur. *per l. 6. §. 9. ff. negot. gest. l. 12. §. fin. ff. solut. l. 56 ff. iudi.*  
*l. 7 in fin. C. quod cum eo. l. fin. C. ad Senatus C. Ma ced. l. 5. ff. Rem*  
*rat. haber. l. 60. ff. R. I. C. Ratihabitionem. ub. Petr. Peck. R. 1. in 6.*  
 Nam & in delictis ratihabitio æquiparatur mandato.  
*l. 1. §. 14. l. 3. §. 10. ff. vi & vi armat. l. 152. §. 2. ff. R. I. Hercul. c.*  
*15. n. 6. Hippol. Mars. sing. 184. Eleg. Borch. Feud. c. 7. n. 20. Andr.*  
*Gail. de pignorat. obs. 5. n. 8.* III.

Attentata præterea fiunt lite *a* seu appellatio-  
 ne pendente *b*, post rem judicatam enim, quæ fiunt atten-  
 tata non sunt *c*. Quid si finita vel sublata lis sit per  
 renunciationem vel transactionem? His casibus quo-  
 que nomen attentatorum locum sibi vindicare nega-  
 mus *d*.

*a c. cum M. Ferrariensis ext. Constit. tot. tit. ext. & in*  
*Clem. & C. ut lit. Pend. Mansfr. concl. 9. & 46. Hercul. cap. 6. pr. Rob.*  
*Lancell. c. 4. n. 295. & seqq.* Dicitur autem Lis pendere  
 ex variis modis, Principaliter verò litis contestatione.  
*c. ex parte. ex. V. S. Host. c. 1. ext. ut lit. pend. Dias. Reg. 494 Hercu.*  
*c. 6. n. 7. Lancell. d. c. 4. n. 151.* Ut & post citationem legi-  
 timè & rectè insinuatam. *Clem. cum lite. ut cit. pend. Fac. c. Ec-*  
*clesia. ext. eod. d. c. cum M. Ferrariensis. c. gratum gerimus. De offic.*  
*deleg. Myns. cent. 4. obs. 26.* Sex requisita ad talem citati-  
 onem



onem tradit, quem sequitur Lancell. d. c. 4. n. 28. & Hercul. c. 6. n. 12. Sed hæc quo ad reum, quoad actorem vero lis dicitur pendere post citationem decretam licet non executam. Rot. dec. 6. ut lit. pend. in nov. Afflict. dec. 220. n. 13. Aegi. decus. 80. Lancell. d. l. seqq. Hercul. d. c. 6. n. 9. Num & per oblationem libelli Principi factam, satis ambiguum est? Roberto neganti accedimus in hoc casu. d. c. 4. n. 11. per Clem. d. 2. ut lit. pend. Diss. Vulg. Dd. per l. 1. C. quand. libell. princ. dat. & Auth. Litigiosa. C. Litigios. Hercul. c. 6. n. 7. Dias. d. Reg. 494 & alleg. Dd. à Lancell. d. l. b. tot. ff. Nih. nov. pend. appell. ub. Dd. Medic. d. Reg. 8. n. 40. Rob. Marant. p. 6. de appellat. Manfr. concl. 10. Barib. Socin. Reg. 42. Frider. Scenk. lib. 2. Progy. mnasm. For. tit. 15. n. 39. Si autem de appellationis nullitate constat non dicuntur attentata, quæ innovata sunt, quo ad hoc ut in iudicium deduci possent per viam attentatorum. Alex. Stiat. Pract. observ. c. 10. n. 12. Vant. de nullit. tit. quot & intr. quod temp. n. 49. Frider. Scenck. d. l. n. 41. Manfr. concl. 37. 63. & 75. Covar. d. c. 23. n. 4. & 7. fac. text. Eleg. in c. non solum. de appell. in 6. idem est, si esset injusta frivola vel juri expressè contraria. Vant. & Ale. Stiat. d. l. per c. cum appellationibus. de appell. in 6. Covar. d. n. 7. Coler. Process. exec. p. 4. c. 2. n. 21. Sebast. Medic. d. Reg. 8. n. 4. Quod & obtinet si deserta esset appellatio. Rot. decus 1. de appell. in nov. Lancell. c. 24. quest. 4. Manfr. concl. 74. & 96. Possunt tamen his casibus attentata per modum querelæ in iudicium deduci. Vital. clam. Nihil nov. n. 21. Abb. in c. pastoralis. col. 4. ub. & Franc. ext. appellat. Alex. & Dd. in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cog. Dec. Cons. 125 col. si. Sebast. Medi. d. n. 4. Rob. Marant. p. 6. de appella. n. 117. c. Franc. Hercul. c. 6. n. 4. Vest. Pract. lib. 8. de attent. col. pen. Mil. verb. lite pendente. Res iudicata enim finem litis facit. l. 1. ff. Re iud. c. 2. ext. eod. l. 1. in fin. ff. ad Tertu. Briss. Lex. verb. Res iudic. Vult. 2. iurupr. c. 32. d. Vest. d. l. col. fin. per L. postquam. C. pact. d. l. 1. in fin. ff. ad Tert. l. 16. 19. 20. C. Transact. Hercul. d. l. n. 9.

#### IV.

Attentatione seu innovatione facta sequitur ut hæc tanquam injustè facta à iudice revocentur. Revocantur

tit.



castur autem regulariter per iudicem cuius fuit laesa ma-  
jestas b. Et quidem vel ex officio ejus nobili c.  
vel mercenario d.

a Ioan. Andr. in C. non solum. per ill. text. De appellat. in  
C. l. unic. ff. Nib. nov. pend. appell. l. 3. l. 1. 3. C. appellat. Alex. cons. 89  
fin. lib. 1. Covarr. d. c. 23. Pract. quest. n. 1. Roman. Consil. 249. n. 3.  
Franc. Vivi. lib. 2. commun. Opin. opin. 30. Geil. lib. 1. obs. 146. Tho.  
Trivis lib. 1. decis. 25. n. 24. In tantum ut si iudex ad peti-  
tionem partis non revocaret, faceret injustitiam. Afflict.  
decis. 89. n. 5. Franc. in c. pastoralis. § n. 6. vers. dubitatur. de appellat.  
Hercul. c. 12. n. 4. Mansfr. concl. 92. Sebast. Medic. d. R. 8. in 34.  
Ampl. Tho. Trivis. d. decis. 25. n. 25. Hic autem non imme-  
ritò, dubitatur, an attentatum sit jure nullum? quod  
putamus, non vero sine revocatione iudicis. Dd. in c.  
consuluit. Ext. appellat. Fac. C. ad audientiam. c. dilecti. Ext. eod. Aeg.  
decis. 84. & 673. Rot. decis. 63. de appellat. in nov. per l. fin. C. Litig.  
Lancell. c. 12. in 17. Ampl. Princ. & C. fin. n. 7. vid. Covarr. Pract.  
quest. c. 24. n. 2. Mansfr. concl. 11. Hercul. c. 27. b Mandos. in  
tract. Commiss. in 14. form. Comm. attent. verb. eidem. Hercul. c.  
12. n. 8. Lancell. c. 27. n. 32. cum seqq. Hinc si quid attenta-  
tumlite pendente, iudex coram quo lis erat introducta,  
illud revocabit. Afflict. decis. 354. n. 19. Lancell. d. c. 27. num.  
40. Idem si pendente appellatione judiciali vel termi-  
no ad appellandū, directo vel non contrahac attentatur,  
iudex ad quem hoc revocare debet. c. non solum. ub. Fran-  
c. cordi. de appellat. in 6. c. sollicitudinem. ext. eod. Chil. Kon. d. c. n. 2.  
Franc. vivi. d. opin. 30. Barth. Socin. d. Reg. 41. Hercul. c. 13. n. 10.  
Alex. d. cons. 89. fin. lib. 1. Covarr. d. c. 23. n. 3. ub. plur. Dd. In  
extrajudiciali enim appellatione hoc tantum revocatur  
quod directo contra illam attentatum est. Dec. in c. bona.  
n. 18. & c. consuluit. n. 2. ext. appellat. Baptist. Villalob. commun. opi.  
in. An. 156. Marant. p. 6. de appellat. n. 401. Hercul. c. 10. nu. 18.  
Mansfr. concl. 102. Sebast. Medic. d. Reg. 8. n. 24. Potest tamen  
& iudex à quo innovata à se & partibus revocare. c.  
cum teneamur. ub. Praepos. & Dec. Ext. appellat. c. uenientes. ext. iureo  
iur. Anton. Corset. Singul. verb. appellat. n. 5. Covarr. d. c. 23. num. 1.  
Hercul. d. c. 13. n. 10. Franc. Vivi. d. opin. 30. Lancell. d. c. 27. n. 48.  
& 63.



63. c Si nimirum revocat ex suo mero & puro officio absque instantia partis, quod facere jure potest, Rot. decis. 2. De restit. spoliat. in Nov. & decis. 5. n. 5. ut lit. pend. in antiq. Vital. claus. Nib. novar. n. 9. Hercul. c. 11. n. 2. & c. 12. n. 3. Sebast. Medic. d. R. 8. in 46. Ampl. Gail. lib. 1. obs. 146. n. 7. Lancell. c. 27. n. 11. & seqq. d Quando scilicet ad instantiam partis revocat. Hercul. d. c. 12. n. 3. Lancell. d. l. n. 6.

V.

Quod officium mercenarium imploratur ab omni qui fuit passus attentata vel qui cupit revocationem ratione sui interesse a. Et quidem tam post quam ante litis contestationem b. Imò & post conclusionem in causa c. An autem huic petitioni præscribi possit, quæritur? Et sanè triginta annorum spatio hanc tolli, concludimus d.

a Aegid. decis. 356. Rot. decis. 10. ut lit. pend. nov. Lane. c. 22. n. 1. & 2. Vbi & procuratorem non habentem speciale mandatum posse petere revocationem dicit. n. 9. b Franc. in c. delecti. vers. Secundo. ext. appellat. Rot. decis. 27. de appellat. in nov. Mil. verb. Attentata post appellationem: Vant. Nullit. tit. quot. & quib. mod. n. 23. Marant. p. 6. de appellat. n. 403. Menoch. recup. possess. remed. 17. n. 38. Covar. d. c. 23. n. 3. circ. fin. Sebast. Medic. d. R. 8. in 58. Ampl. Geil. d. obs. 146. n. 10. Manfr. concl. 7. Lancell. c. 23. n. 9. Chilian. Kon. d. l. n. 5. Diss. quam plurimi, quos vide apud Menoch. Covar. Lancell. d. l. c. Anton. à Butr. c. 1. circ. fin. ut lit. pend. Ioan. Bapt. Asin. Prax. §. 23. c. 6. limit. 1. n. 5. Tho. Trivis. decis. 6. lib. 1. n. 8. Quam & de jure veriore & contrariam autoritate potius quam aliquo relevanti fundamento fulciri affirmat. Lancell. d. c. 23. n. 33. & seqq. Diss. Vulg. Dd. Gail. d. obs. 146. n. 10. Sebast. Medic. d. R. 8. in 16. Ampl. Marant. Vant. Menoch. Covar. d. l. Rot. decis. 26. n. 2. de appell. in antiq. vid. Hercul. c. 22. Chd. Kon. prox. loc. cit. d per L. Sicut. L. omnes. C. Præscr. 30. vel 40. annor. L. 1. §. ad hæc. C. annal. Except. c. ad aures. ext. Præscr. pt. Lancell. d. c. 23. n. 76. cum seqq.

VI.

Ulterius fit hæc petitio duplici via, una videlicet

B

Ordinaria



Ordinaria directæ petitionis, vel ut vocant via injusti-  
tiæ a, altera, extraordinaria, officio judicis b. E-  
lecta itaque via ordinaria requiritur clarus libellus litis  
contestatio, dilatio & alia, ut ita cum processu Principa-  
li possit aptari & ordinari causa attentatorum c, In  
extraordinaria verò nihil ex his desideratur, sed sufficit  
qualis qualis petitio ut attentata revocentur d, &  
tunc subsequitur citatio partis & causæ cognitio e.

a Ut nimirum una cum causa principali atten-  
tata tractentur. *Vestr. Pract. lib. 8. tit. ut lit. pend. Marant. p. 6.  
de appellat. n. 407. Mansfr. concl. 31. Hercul. c. 11. n. 1. c. 12. n. 1. &  
c. 14. n. 16. Sebast. Medic. d. Reg. 8. n. 20. Gregor. Tholos. lib. 50.  
Syragm. c. 2. n. 46.* b Si scilicet petantur ante omnia  
revocari, ita ut interim taceat negotium principale.  
*Afflict. d. decis. 98. n. 4. Per c. non solum. De appellat. in 6. Hercul.  
Gregor. Tholos & alij citati dictis in locis.* Esse tamen casus  
in quibus necessariò cogimur tractare causam attenta-  
torum cum negotio Principali, hi nimirum ubi attentata  
ante omnia non veniunt revocanda. *dicit Innoc. in c. con-  
stitutus. De Filijs Presb. & in c. significasti. De Divort. Rot. decis 11  
ut lit. pend. in nov. Herc. c. 14. n. 20. vid. Gail. d. obs. 146. n. 2. Greg.  
Tholos. d. l. c. Dec. in c. consuluit. col. 3. Ext. Appellat. Mansfr.  
concl. 31. & concl. 84. Hercul. c. 11. n. 3. & c. 14. n. 16. Sebast.  
Medic. d. R. 8. n. 20.* Hinc non ineptè quæritur, an hac  
electa ad extraordinariam refugere licitum sit? Quod  
post *Gemin. in c. non solum. in pr. col. 2. vers. quid si appellans. De  
appellat. in 6. Hercul. c. 11. n. 7. & c. 14. n. 14. affirmandum pu-  
tat.* d *per c. 1. ut lit. pend. in 6. & c. non solum. de appellat. in  
6. Franc. in c. consuluit. Dec. in c. bona. col. 5. vers. 1. ext. eod. Chilia-  
Kon. d. l. n. 4. Mansfr. concl. 5. 31. & 67. Lancell. c. 25. n. 12. & seq.  
Hercul. c. 14. n. 16. Menoch. d. remod. 17. n. 34. Sebast. Medic. d. l.  
Gail. d. obs. 146. n. 4. & 147. Myns. centu. 1. obs. 26.* Vbi ta-  
men dicit, quod de stylo Camerae solitum sit libellari  
atque etiam litem contestari. e *Franc. in c. bona. col. 4.  
De appell. Rot. decis. 3. ut lit. pend. in nov. Marant. p. 6. de appell. nu.  
403. Dec. cons. 20. Hercul. c. 14. n. 13 & 17. Mansfr. concl. 59. Van-  
null. sent. ex defect. Process. n. 52. Lancell. c. 25. n. 33.* Quod si  
iudex



judex ex officio revocet? nihil horum observare cogitur. *Hypol. Marsil. in L. de unoquoq. n. 82. ff. Re Jud. Ioan. Bapt. Asin. §. 7. Prax. c. 5. limit. 94. Lancell. d. l. n. 48.*

VII.

Contra petentem verò actorem non auditur Reus volens objicere defectum juris in causa principali *a*, ut nec exceptio spoli alterius *b*, vel excommunicationis *c* admittitur, sic ab actore tituli vel possessionis color non exigitur *d*. Sed tantum probatio, existentiae rei litis seu appellationis, quæ causasse dicitur attentationem *e*, & ipsum attentatum *f*.

*a* *Afflict. decis. 98. n. 6. & decis. 452. n. 5. Franc. Vivi d. opin. 30. lib. 2. Mansfr. concl. 20.* Et hoc in Prophanis, secus in Ecclesiasticis ne detur vitiosus ingressus. *Contr. Cap. Vn. de eo qui mit. in poss. in 6. Franc. in c. bona. 2. col. in fin. Ext. appellat. Cassad. decis. 3. tit. Restit. spol. Vestr. Pract. tit. ut lit. pend. fol. 204. Mansfr. concl. 20. & Hercul. c. 20. n. 18. & c. 26. n. 10. Franc. Vivi. d. l. Lancell. c. 24. quest. 1. n. 9. & seqq. Diss. variè Covad. d. c. 23. n. 4. Menoch. d. remed. 17. n. 32. ub. vid. alleg. Dd. ut & ap. Lancell. & Franc. Vivi. d. l. *b* *Dec. cons. 200. lib. 1. n. 23. Affl. d. decis. 98. Sebast. Medic. d. Reg. 8. in 4. ampl. Menoch. d. remed. 17. n. 28. Mansfr. concl. 20. Hercul. c. 20. n. 8. & c. 21. num. 11. Lancell. d. c. 24. quest. 7. & c. 30. n. 83.* Quid si objiceretur aliud attentatum? Semper ultimum attentatum non in continenti factum revocandum est. *Rot. decis. 27. de appellat. in nov. Mansfr. concl. 43. & 97. Hercul. c. 14. n. 11. & c. 25. Lancell. d. c. 24. quest. 8.* Vbi dicit, quod hoc catu magis attentatum revocatur ex officio judicis quam ad instantiam partis. *c* *Dec. d. consi. col. fin. vers. 2. Rot. decis. 2. de restit. spol. in nov. Menoch. d. l. n. 31. Marant p. 6. n. 404. Hercul. c. 20. n. 3. & c. 21. n. 6. Lancell. d. c. 24. quest. 3. & c. 30. num. 81.* An autem exceptio domini & proprietatis notoriæ opponi possit. *Vid. Lancell. d. c. 24. quest. 10. & c. 30. num. 85. Hercul. c. 20. n. 4. ub. negant. d* *Rot. d. dec. 2. de restit. spol. in nov. Aegid. decis. 49. & decis. 101. Mil. verb. attentata. lit. pend. Mansfr. concl. 81. Hercul. c. 21. n. 1. & c. 26. n. 4. Sebast. Medic. d. l. n. 22. & 68. Ampl. Lancell. d. c. 24. quest. 21. & c. 30. num. 54.* *e* *Monach. in c. cupientes, in Gl. magna. de Elect. in 6. Bald. in L.*  
*B 2 appella-**



appellatione. col. 2. vers. quaro. C. appellat. ub. & Salic. col. 3. nu. 7.  
Manfr. concl. 6. Hercul. c. 14. n. 17. & c. 15. n. 1. Lancell. c. 26. n.  
7. & seqq. vid. Sebast. Medic. d. l. n. 10. Si autem Procurato-  
ris attentatum petitur revocandum necesse est ut probea-  
tur una hunc fuisse verum Procuratorem, & habuisse spe-  
ciale mandatum. Rot. decis. 7. ut lit. pend. in nov. Vestr. Prax.  
lib. 8. c. 4. n. 18. Herc. c. 15. n. 6. f. D d. supr. dict. in  
loc. quos sequitur Rot. decis. 10. De appellat. in Antiq. Innoc. in c.  
dilecti. Ext. Maior & obed. Non requiritur autem in his  
exacta probatio, sed tantum concludens. Lancell. d. c.  
26. n. 89. Hercul. d. c. 15. n. 14.

VIII.

Postquam hæc probata fuerint, iudex sententi-  
am ferre potest, quæ num interlocutoria sit vel definiti-  
va nondum satis constat inter Dd. Interlocutoriam tam-  
men esse defendere conabimur a. Hinc & victo ap-  
pellationem denegamus b. Nec minori adversus  
hanc restitutionem concedimus c.

a Per defin. tradit à Dd. Sententia interlocutoria. Vves.  
parat. ff. Re iudic. n. 4. Gl. in § ad excludendas. Auth. de Litig. & c.  
cum cessante. ext. appellat. l. 14. ff. re iudic. Sebast. Medic. de LL. p. 3.  
quæst. 21. n. 10. Gail. lib. 1. obs. 129. n. 2. Hanc nostram tenet  
Myns. cent. 3. obs. 88. Alex. cons. 99. n. 5. lib. 5. Cravet. cons. 181.  
n. 3. Aegid. decus. 54. & 57. Ioan. Andr. in c. non solum. De appel.  
in 6. Franc. in c. cum cessante. n. 45. Ext. eod. Rot. decis. 1. ut lit.  
pend. in nov. & decis. 11. de appell. in nov. Gvid. Pap. de appell. quæst.  
121. Hercul. c. 19. n. 7. Lancell. c. 28. n. 30. Diff. Vulgi. Vid. Menoch.  
d. remed. 17. n. 51. Seba. Medic. d. R. 8. n. 11. b argu. l. 2. ff. appell.  
recip. l. 2. C. Epis. audien. Spe. de appell. § 2. n. 29. Vid. Maran. p. 6. n.  
303. Myns. cent. 4. obs. 43. Geil. lib. 1. obs. 129. Eleg. Lancell. c. 28.  
n. 48. cum seqq. & c. 30 n. 105. Roland. Val. cons. 43. Licet  
de iure Canonico contrarium videatur dicendum. ex c.  
ut debitus. ext. appell. c. cordi. de appell. in 6. c. Romanæ. vers. quod.  
eod. Clem. appellanti. de appellat. Geil. d. obs. 129. Vid. Fachin. lib. 1.  
Controv. c. 80. c Adversus delictum enim, prout est  
attentatum, & dolum qui semper in attentatis attendi-  
tur. Rot. decis. 5. de restit. spol. nov. Lancell. c. 1. n. 75. non resti-  
tuitur



tuitur minor. l. 9. §. 2. ff. minor. l. 1. & 2. C. si advers. delic. v. b. Wesen, in Parat. & Duar. l. 36. ff. adult. l. 14. ff. ad Syllan. Paul. 1. sent. 9. §. 1. Boer. decis. 63. n. 6. Coras. lib. 4. Misc. c. 2. n. 12. Nec fit ætatis excusatio adversus Præcepta legum ei, qui dum leges invocat contra eas committit. l. 37. in fin. ub. Cuiac. ff. minor. Petr. Fab. in L. Ferè. 108. n. 5. ff. R. I. Et hoc eò magis procedit, si contra inhibitionem attentasset minor: Dolosus enim & delinquens is censetur, qui Præcepta superioris contemnit. c. 2. Ext. maior. & obed. L. 1. ff. si quis ius dic. Diss. per l. in causa. cum seq. ff. minor. c. suscitare. Ext. restit. in integ. & tot. tit. C. si advers. rem iudic.

IX.

Sententia autem hæc continere debet condemnationem ad restituendos fructus *a*, & expensas *b*, & ad actum in pristinum statum restituendum *c*. Et si appellans attentavit ut perdat appellationem interpositam *d*. Si verò pendente termino ad appellandum ut privetur beneficio, & facultate appellandi *e*. Denique si iudex post appellationem innovata fecerit distinguendum erit *f*.

*a* Perceptos & percipiendos. Gl. in c. cum causa. De offic. deleg. Rot. decis. 5. Restit. spol. in nov. Marant. d. p. 6. de appellat. n. 406. Menoch. d. remed. 17. n. 36. Geil. lib. 1. obs. 146. num. 11. Sebast. Medic. d. Reg. 8. in. 29. ampl. Hercul. c. 20. n. 10. & 15. Lancell. c. fin. n. 20. & 21. fac. L. 22. C. R. V. l. 33. ff. eod. §. 2. Inst. off. iudic. Sed licet in sententia nihil dictum fuerit de fructibus nihilominus hos restituere tenetur. Lancell. d. c. fin. n. 22. fac. L. restituere. ff. V. S. Vid. disp. nostr. 8. th. 50. *b* Rot. decis. 1. ut. lit. pend. in nov. Gail. d. obs. num. 11. Lancell. d. c. fin. n. 95. fac. l. 13. §. 6. C. iudic. Etiam si non fuerint petita à partibus. Guid. Pap. decis. 405. in fin. per l. 25. §. 8. ff. ad l. edict. Bapt. Asin. Prax. §. 32. c. 2. in 54. ampl. & ita de stylo & communi observantia iudicii Camerae esse, dicit Myns. cent. 4. obs. 55. vid. disp. d. 8. th. 8. Nec compellitur attentata passus invitus in causa Principali procedere nisi refusis expensis. Franc. in c. consuluit. ext. appell. Myns. cent. 1. obs. 26. vid. Mansf. concl. 25. Her. c. 20. n. 25. *c* cap. non de appellat. in 6 Mansf. concl. 1. Lanc. c. 26. n. 25. c.



39. n. 77. & c. d. fin. n. 15. d. c. an sit. Ext. appellat. Manfr. concl. 55. Nam & huic renunciaſſe videtur. Bald. in c. ex parte. col. pen. vers. item ſcias. Ext. teſtib. Mathes. not. 28. Zas. cons. 12. lib. 2. n. 27. Gail. lib. 1. obs. 145. n. 4. Eleg. obs. ſeq. n. 11. & 12. Myns. cent. 2. obs. 50. Lancell. d. c. fin. n. 234. Hoc autem non procedit in eo, qui ob dillapidationem vel ſuſpicionem fugæ adverſarii quid facit. Franc. & Dd. in c. cum teneamur. n. 10. de appell. per l. 21. §. fin. de appellat. Gail. d. obs. 145. n. 5. & 146. n. 4. Frid. Scenck. lib. 2. progym for. tit. 15. n. 43. Manfr. conc. 62. Hercul. c. 5. n. 7. & ſeq. c. d. c. an ſit. Ex. appell. Lancell. d. l. n. 218. Paria enim ſunt quantum ad revocationem attentatorum, eſſe appellatum vel pendere terminum ad appellandum. Vul. claus. nih. nov. n. 25. Sebaſt. Medic. d. R. 8. n. 6. & 65. ampl. Covar. d. c. 23. n. 2. Manfr. Concl. 3. Herc. c. 20. n. 9. f. Si enim in criminalibus attentaret quid graviter pendente appellatione teneretur de jure civili. ex l. 7. ff. ad L. lul. de vi publ. Guid. Pap. de appellat. queſt. 2. Boer. decis. 153. n. 4. Lancell. d. c. fin. n. 242. Hujus L. Pœna eſt aquæ & ignis interdictio. L. 10. fin. ff. eod. Cujus loco ſucceſſit deportatio. L. 3. ff. ad L. lul. pecul. Cagnol. in L. ea ſola. n. 1. ff. R. l. L. 8. ff. publ. iud. Gothofr. in d. l. 10. Quæ & hodiè amplius in uſu non eſt, ſed arbitratia judicis habetur. Rol. Vall. cons. 38. n. 15. lib. 1. Cravett. cons. 18. n. 17. lul. Clar. §. fin. queſt. 67. vers. deportatio. Menoch. Arbitr. iudic. queſt. lib. 2. Cas. 330. nu. 5. De jure Canonico verò pœna. c. decreto. 2. q. 6. Si autem in cauſa Civili attentare auſus fuerit iudex. Volunt Dd. Citat. eum ex L. quoniam iudices. C. appellat. de jure Civili & ex. c. de priore. ext. appell. De jure Canonico puniri debere, prout refert Lancell. d. c. fin. n. 242. uſq; ad n. 253. Vid. Greg. Thol. lib. 50. c. 2. n. 49. Syntag.

X.

Ex his jam enarratis patet remedium attentatorum multum eſſe privilegiatum, favoriſque habere plurimum a. Ita ut interdictio unde vi pingvius ſit b, nec currant fatalia pendente hac cauſa. c. Non autem egrediuntur hæc privilegia perſonam aut cauſam d. Tum & his Privilegiis renunciari poteſt e.

a Prout & hoc confirmat Hercul. c. 20. & c. 26. num 4. Manfr.



Manfr. Concl. 23. Lancel. c. 30. per tot. b Innoc. in c. dilecta. de maior. & obed. & c. bona. Ext. appellat. Ioan. Andr. in Clem. 2. ut lit. pend. Franc. in c. bona. n. 13. Ext. appellat. Rot. dec. 2. de restit. spol. in nov. Dec. cons. 200. circ. med. Menoch. d. remed. 17. n. 25. Covarr. d. c. 23. n. 4. Manfr. concl. 20. & 23. Hercul. c. 21. per tot. Lancell. c. 24. quæst. 3 & c. 30. n. 6. cum seqq. Vbi 11. differ. tradit inter spolum & attentatum. c Clem. Quamdiu. de appellat. D d. in c. ex ratione. ext. eod. Rot. dec. 15. de appell. in nov. Vestr. c. fin. n. 19. Bapt. Afm. §. 2. c. 11. n. 18. Alex. cons. 68. n. 3. lib. 7. Guid. Pap. de appell. quæst. 100. n. 62. Vant. quot. & in tr. quod temp. n. 14. Sebast. Medic. d. Reg. 8. n. 7. Geil. d. obs. 146. fin. Manfr. concl. 16. Hercul. c. 20. n. 14. Lancell. d. c. 30. n. 49. & 88. d Ruyn. cons. 75. n. 9. & seq. lib. 5. Lancell. c. 12. in 2. limit. Princ. & d. c. 30. n. 50. & seq. c per l. 4. §. 4. ff. si quis caution. l. 7. §. 14 l. 31. l. 46. ff. Pact. l. 29. C. eod. l. 14 §. 9. ff. adit. Edict. l. 41. ff. minor. l. 69. ff. R. I. Nov. 94. c. 2. l. 51. C. Episc. & Cler. vid. Hippol. Marsil. sing. 361. Ferrar. Form. lib. Contr plur. reos deb. vers. Ac ulterius. Lancell. d. c. 24. in 15. limit. Princ. & c. 30. n. 53. Vbi & hanc renunciationem tacite fieri posse satis probat.

Et de appellationibus primo nimirum remedio quo sententiæ inique latæ retractantur, & harum effectu jam, tum prioribus disputationibus, tum hac nostra, satis superque actum est. Restat igitur, ut & de altero remedio, quod viam rescindendarum sententiarum aperit, supplicatione nimirum agamus.

## XI.

Est itaque Supplicatio, imploratio iudici facta a, ad errorem facti contra iudicatum proponendam b, quod ob excellentiam & dignitatem eminentem iudicis, appellatione c non licet retractare.

*De Supplic.*

a Rob. Mar. p. 6. de appellat. n. 12. Rebuff. de Supplic. n. 9. Althus. lib. 2. iurisp. c. 32. Bapt. Schvaartz. Process. iur. lib. 3. de suppl. c. 1. n. 1. Modest. Pist. cons. 6. quæst. 2. n. 58. vol. 2. Princeps enim non solet sine partis petitione istam concedere, aliàs non diceretur supplicatio. Rebuff. d. l. n. 10. b Supplicationis



plicationis namque basis & fundamentum est non iniquitas sententiae, quae in tam sublimes personas non cadit, sed veniae petitio erroris proprii vel allegatio deceptionis adversarii. *arg. l. 17. ff. minor. cap. cum olim. Ext. Re iudic. Specul. tit. de Supplic. §. 1. pr. Baptist. Schvartz. d. c. 1. n. 2. & fin.* Nec error juris, sed facti & dolus adversarii supplicationi huic occasionem praestant. *Frider. Schenck. lib. 2. progymn. For. tit. 17. n. 6. c. Rebuff. d. n. 9. Mar. & Dd. citat. dict. in loc.* Regulariter autem competit quando appellatio quae sententias iniquè latas reformari facit, non admittitur. *L. si adversus. C. Precib. Imp. offer. Auth. quae supplicatio ub. las. C. eod. L. 1. C. sent. Praef. Præ. Gl. in c. ex literis. verb. supplicavit. Ext. Restit. in integr. Hartm. Hartm. Practic. observ. tit. de Appellat. obs. fin. Spec. de supplic. §. 1. pr. Ioan. Donat. lib. 3. Reg. lit. A. Verb. Appellatio. Vult. lib. 2. iur. pr. c. 33. n. 50. Henning. Goed. cons. 20. n. 3. Gregor. Tholos. lib. 50. Syntagm. c. 1. n. 35* Et ideo prohibita appellatione non censetur prohibita supplicatio. *Costal. l. un. ff. offic. Praef. Præ. Anton. Gabr. Roman. lib. 2. Commun. Concl. tit. Appellat. concl. 1. n. 8. Rol. à Vall. cons. 94. n. 1. cum seq. lib. 1. cons. 38. n. 1. cum seqq. lib. 2. Lud. Scrad. Feud. p. 10. Sect. 4. n. 147. & seqq. Myns. cent. 6. obs. 15. Diss. Dd. quos vid. ap. Schvv. d. l.*

## XII.

Offertur verò his, Principi *a*, Pontifici *b*, & Praefecto Praetorio *c*. Et ab omni qui per errorem condemnatus est ab eo à quo non potest appellare *d*, si tamen liber homo est *e*. Quid si non subditus Principi sit? Et huic non deneganda *f*.

*a* *rot. tit. C. Prec. Imp. offer. Fac. l. 1. ff. à quib. appellare non lic. Spec. §. 1. pr. Bald. in l. fin. C. Relat. Bapt. Schvartz. d. l. c. 1. n. 2. Henning. Goed. d. cons. 20. n. 2.* *b* *c. ex literis. De in integr. restit. ub. Abb. & Gl. Rebuff. n. 27. Archid. in c. anteriorum. 2. q. 6. arg. c. cuncta. 9. quest. 3. c. cum causa. ext. Re iudic. Grammat. decus. 34.* *c* *d. Auth. quae supplicatio. & l. 1. C. Sent. Praef. Præ. l. unic. §. 1. ff. offic. Praef. Prætor. fac. l. d. 17. ff. minor. Spec. d. §. 1. num. 1. Rebuff. n. 30. Goed. d. cons. 20. n. 2. fac. L. 2. C. sent. ex peric. reit.* Verum non tantum his supradictis porrigitur supplicatio, sed



tio, sed & horum Consiliariis vel referendariis non ut  
 cognoscant an retractanda sit sententia, vel non, sed ut  
 porrectam ad prædictos referant. *d. auth. quæ supplicatio.*  
*Spec. § 1. n. 2. Az. sum. C. Prec. Imp. Offer. n. 10. Gl. in d. l. un. verb.*  
*nostro numini. C. Sent. Præs. Prat. Goed. d. cons. 20. n. 4. d d*  
*Auth. quæ supplicatio. d. L. un. C. sen. Præs. Prat. Rebuff. n. 25. Vult. lib.*  
*2. c. 33. quod & in Camera hodiè observari testatur*  
*Althus. lib. 2. Iurispr. c. 32. e Servi enim non nisi pro Do-*  
*minis supplicare possunt. L. 1. C. Prec. Imp. Offer. Spec. §. 3.*  
*num. 1. sb. Addit. verb. & Domino. Az. in d. summ. Si tamen*  
*aliàs servus supplicans rescriptum impetret, hoc tenet.*  
*l. 6. C. prec. Imp. offer. Az. in d. sum. Addit. ad Spec. d. l. in fin. f*  
*modò tamen omnia faciat, quæ huic actui necessaria*  
*sunt. Bald. cons. 217. Ego puto. vol. 3. Hæc enim supplica-*  
*tio data est in relevamen oppressorum, sicut appellatio*  
*L. 1. ff. appell. meritò igitur nulli deneganda. Rebuff. quest.*  
*5. n. 26.*

## XII.

Admittitur ulterius supplicatio quoties Princeps  
 vult *a.* Fieri autem debet non lite pendente vel ante  
 sententiam, sed post *b.* Et quidem intra decem dies  
 latæ sententiæ *c.* permittitur tamen & intra bienni-  
 um totum de jure communi supplicationem offerre *d.*  
 An autem contra sententiam quæ ob intermissam ap-  
 pellationem in rem judicatam transivit aliquo modo li-  
 citum sit supplicare valde quæstionis intricatæ est. Ne-  
 gat communis Schola *e.* Distingvit Doberci-  
 nus *f.* Communem defendemus, licet & altera  
 ratione non careat.

*a* Quia hoc est voluntarium potest ergo hanc  
 recusare. *Bald. in l. fin. C. LL. non debet tamen si justum sit,*  
*justitiam enim alioqui denegaret. Bald. in l. Princeps. ff. ll.*  
*fac. d. C. cum ex literis. de in integr. restit. c. Regum 23. q. 5. Præpos.*  
*in Rubr. de appellat. col. 2. b l. 2. C. ut lit. pend. l. 5. cum. d. Auth.*  
*C. Prec. Imp. offer. l. 1. C. sent. Præs. Prator. Spec. §. 3. n. 3. l. 1. ub. Go-*  
*thof. C. His qui in prior. credit. loc. succ. Greg. Tholos. lib. 50. Synta.*  
*6. l. n. 42. nisi tunc cum supplicatur, ut fiat sententiæ vel*  
C
actorum



actorum editio. d. l. 2. ub. Accurs. & Az. in sum. tit. C. ut lit. pend. Ioan. Oldend. de Re iudic. remed. 3. c. d. Auth. quæ supplicatio C. Prec. Imp. offer. ub. Az. in sum. n. 10. Gl. in c. significaverunt. verb. Dies. Ext. testib. Gl. in l. unic. C. sent. Præf. Præt. Mar. p. 6. de appellat. n. 15. Oldend. d. l. remed. 3. Specul. §. 1. n. 2. Rebuff. quæst. 9. n. 56. Myns. cent. 6. obs. 15. Gail. lib. 1. obs. 139. n. 4. Althus. lib. 2. Jurispr. c. 32. Vul. lib. 2. c. 33. aut certe à die scientiæ quo sententia in notitiam eius contra quem lata est, pervenit, per l. 3. C. quom. & quand. iud. Gail. d. obs. 139. n. 7. Vult. d. c. 33. d. l. un. ub. gl. C. Sente. Præf. Præt. Nov. 119. c. 5. Spec. d. §. 1. n. 2. Az. in d. summ. n. 10. Bapt. Schvartz. lib. 3. d. tit. de supplic. c. 2. n. 2. Henning. Goed. d. cons. 20. n. 4. Ioan. Oldend. d. remed. 3. Modest. Pist. cons. 6. n. 59. vol. 2. hoc tamen tempus non porrigitur ad Præfectum Prætorio, quia huic tantum infra lupradictos 10. dies supplicatur, & non infra majus spatium temporis. per d. Auth. quæ supplicatio. & l. un. C. sent. Præf. Præt. Oldend. d. remed. 3. e per l. fin. C. sentent. rescind. non poss. l. 1. & 2. C. ut lit. pend. c. cum inter. Ext. Re iudic. Silere enim cogitur post omissam & neglectam appellationem aut ignominia pœna notatur. dicit l. 3. C. ut lit. pend. Ioan. Oldend. d. remed. 3. Gregor. Tholos. d. l. 50. c. 1. n. 42. f. In suo Repert. verb. Supplicatio in fin. per c. 2. ext. purgat. Vulg. ub. Abb. vide quoq. post Decian. cons. 47. n. 28. vol. 3. Ioan. Bapt. Schvartz. c. 1. num. 6. Quid si quis appellationi renunciasset? Nec hic supplicare potest. Paul. de Castr. in l. si quis. C. Prec. Imp. offer. Frider. Scenc. d. l. 2. Progymn. For. tit. 17. n. 4.

#### XIV.

Debet quoque supplicans specificè omnia narrare & exponere etiam cum omnibus qualitatibus quæ faciunt ad rem, de qua supplicatur a. Et id petere quod ipsi petenti profit nec alii obfit b, quodque Fisco non est damnosum c. Si enim his contrarium petitum fuerit, supplicatio rejicitur, rescriptumque impetratum nullum & invalidum est obreptitiumque censetur d. Ex scripto quoque preces porrigi debent e, & semel tantum supplicandum est f.

a Hippol. Mar. si. sing. 111. per c. super literis. ext. Rescrip.

Et lit.



*Felin. in c. veniens. 2. col. Ext. eod. Nicol. Ballon. cons. 18. n. 6. Ias. in*  
*l. 1. C. si contr. ius Roman. cons. 326. n. 11. Doberc. verb. supplicatio.*  
*Gail. lib. 1. obs. 14. n. 5. b L. Rescripta. ub. Gl. C. Prec. imp. offer.*  
*Spec. §. 2. n. 3 c. rescripta. 25. q. 2. Az. in d. sum n. 7. c c. nec*  
*damnosa. 25. q. 2. l. 3. C. prec. imp. offer. Spec. Azo. d. l. Oldendorp.*  
*c. 9. de except. n. 3. & juri & veritati non adversatur.*  
*d. c. super literis. Vb. Dd. d. l. Rescripta. tot. tit. si contr. ius vel util. pub.*  
*Az. d. summ. n. 7. Dobercin. d. l. d d. tit. C. si contr. ius d. l. re-*  
*scripta. Hippol. Mars. d. sing. 111. Oldend. Gail. d. l. Et ideo sup-*  
*plicationes sive preces oblatae principibus nihil pro-*  
*bant, & rescripta seu mandata impetrata semper intel-*  
*liguntur si preces veritate nituntur. Scurpb. cent. 3. cons.*  
*26. n. 9. per c. 2. Ext. rescript. l. 7. C. divers. rescrip. ub. Goth. alleg.*  
*Anton. Gryll. 1. obs. 14. c Nov. 19. c. 5. circ. fin. Gl. & Ias. in*  
*d. auth. qua supplicatio. Herm. Vult. lib. 2. Jurisp. d. c. 33. Ioan Olden.*  
*d. remed. 3. Marant. d. p. 6. de appellat. n. 23. Frider. Scenck. d. tit.*  
*18. n. 5. Et hoc procedit si ex intervallo supplicatur, si*  
*vero eodem die, quo sententia lata est, permittitur*  
*viva voce supplicari. Marant. Oldend. & Frid. Scenck. dict. in loc.*  
*f Plus enim quam semel supplicatio non admittitur,*  
*& victus iterum supplicare non potest in eadem causa.*  
*L. 5. ub. Gl. ordin. Bald. & Gothof. C. Precib. Imp. offer. Az. in d. sum.*  
*n. 9. Dd. in d. c. ex literis. Specul. §. 2. num. 2. Rebuff. quest. 8. n. 43.*  
*& quest. 11. num. 88. Alex. Static. Pract. obs. 6. 9. num. 48. Mara-*  
*d. l. n. 21. Frider. Scenck. d. tit. 18. n. 6.*

XV.

Supplicatione interposita non impeditur execu-  
 tio rei, sed datur diverso modo *a*. Effectus vero sup-  
 plicationis est, quod obtineat hæc vicem litis contesta-  
 tionis *b*, & actiones Prætorie annales perpetuen-  
 tur *c*, & causa cognita ubi legitimum apparet grava-  
 men retractetur Sententia, & supplicans denuò ad  
 Principale negotium admittatur *d*, demum recepta  
 supplicatione à Principe nullus inferior possit de ea cau-  
 sa cognoscere *e*.

*a* Ita ut obtinens hanc infra 10. dies latae

C 2 senten-



sententia teneatur satisfacere de restituenda re, si prior sententia revocetur. *d. Auth. que supplicatio. Vb. Dd. Goid. Pap. quest. 50. & quest. 45. Boer. quest. 247. nu. 12. Franc. de Cald. in l. si curatorem. verb. per quod pristinum ius. num. 32. C. in integr. restit. Rol. à Vall. Cons. 43. n. 4. lib. 2. Bapt. Asin. Prax. §. 31. c. 2. Ampl. 9. Ioan. Old. d. rem. 3. Vult. d. c. 33. Althus. d. c. 32. Bapt. Schvartz. c. 3. num. 1. Marant. d. p. 6. num. 15. Myns. cent. 1. obs. 48. & c. 6. obs. 15. Frider. Scenck. d. t. 18. num. 2. quam satisfactionem fidejussoribus fieri debere dicimus. *d. Auth. per l. 1. ff. qui satisfac. cog. l. 7. ff. Prat. Stipul. Baptist. Asin. d. §. 31. amp. 9. ubi distingvit, quando juratoria cautio debeat admitti. Si verò post decendum fit executio nulla cautio opus est. *d. auth. Spe. §. 1. num. 2. Azo. d. summ. num. 10. Rebuff. quest. 11. n. 89. Olden. d. l. b. L. 1. C. quand. libell. Princ. dat. ub. Az. in summ. Rebuff. quest. fin. num. 96. Spec. §. 4. Si nimirum Principi data sit non verò si Præfecto Prætorio. L. 1. C. offic. Præf. Prat. Goth. in d. l. 1. C. quand. lib. princ. c. L. 2. ub. Gothof. C. quand. lib. Princ. Azo d. summ. transit quoque supplicatio ad heredes & in heredes. *d. l. 1. C. quand. lib. Princ. ub. Az. in d. summ. fac. l. 33. ff. O. & A. Spec. d. §. 4. Rebuff. d. quest. fin. n. 97. d. Sententia enim prior vel reformatur vel confirmatur. per *d. Auth. Panorm. & Imol. in d. c. ex literis. Vult. d. c. 33. Rebuff. d. quest. fin. n. 102. & quest. 10. n. 81. Olden. d. remed. 3. e. Rebuff. n. 100. per c. ut nostrum. Ext. appellat.*****

## XVI.

Instantia supplicationis coram Principe intra quod tempus finiri debeat, non statutum est. Tandem licet supplicatio cum appellatione maximam affinitatem & cognationem habeat, huicque comparetur & surrogetur. Tamen & quamplurimæ inter has habentur differentiæ, quæ ex Prædictis elici possunt, & ultra has & hæc, quod appellatio est remedium ordinatum.



ordinarium, supplicatio verò extraordinarium  
Denique appellatio protenditur solum ad ea, super  
quibus interponitur, supplicatio verò ad nova & vetera  
d.

a Non enim currunt fatalia causarum, quæ in  
Principis auditorio cognoscuntur. *Auth. sed & l. C. tem-  
por. appellat. Frider. Scenck. d. tit. 18. num. 8.* Vbi biennium  
statuit ad hanc instantiam finiendam, si coram Præfecto  
Prætorio agitur.

b *Hosti. & Cardi. in d. c. ex literis. Gl. in L. un. C. Sent. Præf. Prætor. Franc. Cald. in d. L. si curatorem. verb. per quod Pristin. ius. num. 33.*

c *c. ut debitus. Ext. appell. l. 2. & 3. Vb. Bart. ff. appellat. recip. l. 2. C. ut lit. pend. Marant. d. p. 6. num. 18. Bapt. Schvartz. c. 2. nu. 2. Oldend. d. remed. 3. pr. Rebuff. quæst. 2. num. 9. Modest. Pistor. Cons. 6. nu. 54. vol. 2.*

d *Spec. §. 3. n. 3. AZO. in d. summ. n. 1. alleg. L. si Præfecti. ff. minor. c. ex literis. ext. in integr. restit.*

## C O R O L L I.

**C**onatus num in delictis puniatur, dubitatur  
inter Dd<sup>s</sup> sub distinctione respondemus.

*Menoch. Arbitr. iudic. quæst. lib. 2. cent. 4. Cas. 360. Gail. de Pac. Publ. lib. 1. c. 14. Cuius. lib. 15. obs. 25. & lib. 8. obs. 22. Tiber. Decian. Tract. crim. lib. 9. c. 28. Alex. ab Alex. lib. 2. Genial. dier. c. 16. Cov. in clem. si furiosus. p. 2. in pr. n. 6. & seqq. vid. l. 18 ff. pen. l. 19 ff. ad L. Corn. Fals. l. 225 ff. V. S. Vid. & l. 5. pr. C. ad L. Iul. maiest. l. 1. §. 1. C. rap. virg. L. si quis. C. Episc. & Cler. l. 1. fin. ff. ad L. Pomp. Parric.*

II.

Nec minus disputatur an & quatenus excuset Furor? Nos non tantum præsentem a, sed & supervenientem etiam post sententiam latam b,

**C** 3 à pœna




in poena ordinaria excusare, affirmare non erube-  
scimus.

a l. fin. in fin. ff. admin. tutor. l. 5. §. 2. ff. ad L. A-  
quil. l. 13. fin. ff. offic. Pres. l. 9. §. 2. ff. ad L. Pompei. de  
Parric. l. 23. §. 2. ff. ad l. Edict. l. 12. ff. ad L. Cornel. de  
Sicar. l. 3. §. 1. ff. iniur. Hyppol. Mars. Singul. 380.  
Dec. & Cagnol. quos sequitur Petr. Fab. in l. in Nego-  
tjjs. ff. R. l. lac. Menoch. Arbitr. iud. quest. Cas. 325.  
Car. tract. de Homic. §. circa quartam. Tiraq. de  
Pen. rem. ca. 3. b l. 9. ff. re iud. per l. 5. pr. ff. pen.  
Bald. in l. furiosum. C. qui testam. fac. poss. las. in l.  
ex facto. num. 30. ff. vulgar. Carer. d. l. §. 6. n. 14. Dec.  
& Cagn. in d. Reg. Sebast. Medic. de cas. Fort. p. 2. q.  
5. n. 24. Covar. d. Clem. in 2. tert. part. relect.  
num. 2. Menoch. d. c. 325. n. 12. Vid.  
Gomez. var. 3. l. n. 72.



EPIGRAMMA  
PER DIALOGVM MYSAE  
CVM RESPONDENTE.

M.  Illis est pendens: si est ap-  
pellario pendens:  
Nonne novare licet?  
Nonne novata manet?  
R. Vi



R. Ut fatear verum. Non: nolo nova-  
re novata &

Judicis officio mox revocare decet.

Ne Juris faciat, facit ut, pars altera,  
damnum,

Lis nisi perduret, quo fuit ante, statu.

Ex meritis causa, donec sententia fertur,

Legitimo & sine tramite causa capit.

M. De prece sed quoniam subiungis  
supplicis, CLINTI

An diversa putas convenienter agi?

R. Amplius ut nulli licet appellare, licebit

Supplicibus votis poscere Iuris opem.

Quod licitum, quoties qua non con-  
traria Juri

Noxia nec Fisco ritè petuntur, erit.

Sic quoties astu decepti, erroreque lapsi

Restitui sese in pristina iura rogant:

Præses seu prætor causa cum cognitione

Judicium annullat, subvenit &  
miseris.

Inque alijs casibus submissas sepe reorum

Princeps clementi suscipit aure preces

Mate-



*M. Materies quæ sit thesium cognosco tuarum:*

*Dic age confirmes quæ ratione theses?*

*R. Legibus ex ipsis ut sumpsi: ita legibus ipsis  
Comprobo, nam leges non ratione  
carent.*

*Et legum dubios nodos ac dissona sensa*

*Discussio, thesibus concilioq; meis.*

*At magnus labor est Themidos lustrare  
recessus:*

*Illius & merces nulla laboris adest.*

*M. Sit magnus labor, ast quondam tibi premia  
magna serunt,*

*Sedula quem Themidos cura fatigat,*

*Nam dabit Astraâ Phoebus comitan-  
te corona*

*Laurea donatibi, digna trophæa viro.*

*Unde tui meritos study lucrabere honores,*

*Et quibus hic opus est, semp habebis opes.*

*Quos etenim extollit Jurisprudencia, eorū*

*Indiga non vita est: anxius haud obitus.*

*Verū cum pugiles finis non pugna coronet:*

*Urge opus inceptum, perfice & usq; vale.*

*Autore IACOBO PHILIPPO  
Roseneccero conscriptum*

*F I N I S.*



99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X



TA 30L











74

PROCESSVS IVDICIARII  
DISPV TATIO  
XII.  
DE AT TEN  
TATIS ET SV P  
PLICATIONIBVS  
*Ex Jure Civil. Canon. Ordinat.  
Cam. & in for. recept. Pract.*  
Q V A M  
DEO duce auspice Christo  
SVB PRAESIDIO  
*Nobiliss. ac Consultiss. Viri*  
Dn. ARNOLDI DE REYGER, IC.  
& in inclyta Salana P. P. P.  
*Ventilandam exhibet*  
DANIEL KLINDTIUS  
Marchiacus.  
*In ampliss. Jurid. Facult. Collegio*  
Ad diem X. Februar.  
§§  
I E NÆ  
TYPIS TOBIÆ SHEINMANNI.  
ANNO MDLXCVI.

